plus souvent que qui-que-ce-soit ne s'est disputé avec un ennemi-particulier, qui a fait plus-de guerres que tous-les-autres n'en ont lu, qui a achevé plus-de provinces que d'autres n'en ont souhaité; dont l'adolescence a été formée à la connaissance de l'art militaire non par les leçons d'autrui, mais par ses propres commandements, non par des échecs de guerre, mais par des victoires. non par des années-de-service mais par des triomphes? Enfin quel genre de guerre peut être, dans lequel la fortune de la république n'ait pas exercé lui? La guerre civile, la guerre d'Afrique, la guerre transalpine, la guerre d'Espagne, mêlée de (formée par la ligue de) villes et de nations très-belliqueuses, la guerre des-esclaves, la guerre navale, des espèces variées et diverses et de guerres et d'ennemis, non-seulement conduites par celui-ci seul, mais aussi achevées par lui, prouvent aucune chose n'être, [militaire, (placée dans) dépendant de l'expérience qui puisse échapper à la science de cet homme.

XI. Mais d'ailleurs quel langage peut être trouvé égal au mérite de Cn. Pompée? Qu'y a-t-il que qui-que-ce-soit puisse apporter (dire) ou digne de lui, ou nouveau pour vous, ou inconnu à quelqu'un? En effet ces vertus d'un-général,

labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo : quæ tanta sunt in hoc uno, quanta in omnibus reliquis imperatoribus, quos aut vidimus aut audivimus, non fuerunt. Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sylla hujus virtute et subsidio confessus est liberatam ; testis est Sicilia¹, quam multis undique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilii explicavit ; testis est Africa, quæ, magnis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit ; testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecone patefactum est ; testis est Hispania, quæ sæpissime plurimos hostes ab hoc superatos prostratosque conspexit ; testis est iterum et sæpius Italia, quæ, quum servili bello tetro periculosoque premeretur, ab hoc auxilium absente

comme on le croit d'ordinaire, la constance au milieu des fatigues, le courage dans les dangers, l'activité dans les opérations, la promptitude dans l'exécution, la prévoyance dans les mesures à prendre ; ces qualités, Pompée les possède à un plus haut degré qu'aucun des généraux que nous avons vus à l'œuvre ou dont nous avons entendu parler. Témoin l'Italie, qui, de l'aveu de Sylla lui-même après sa victoire, a dû son salut à la valeur et au secours de Pompée ; témoin la Sicile, qui, menacée de toutes parts, s'est vu délivrer non par la terreur de ses armes, mais par la rapidité de ses opérations ; témoin l'Afrique, qui, opprimée par des ennemis nombreux, a vu leur sang inonder son sol ; témoin la Gaule, à travers laquelle nos légions se sont ouvert un chemin vers l'Espagne en exterminant les Gaulois ; témoin l'Espagne, qui a vu tant de fois d'innombrables ennemis vaincus et écrasés par lui ; témoin une seconde fois et d'autres encore l'Italie, qui, menacée d'une guerre d'esclaves, guerre odieuse et redoutable, a demandé du secours à Pompée absent, ❧

quæ vulgo existimantur. non sunt solæ, labor in negotio, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in providendo, quæ sunt in hoc uno tanta quanta non fuerunt in omnibus reliquis imperatoribus aut vidimus [toribus aut audivimus. Italia est testis, quam ille victor ipse, L. Sylla, confessus est liberatam virtute et subsidio hujus ; Sicilia est testis, quam explicavit, non terrore belli, sed celeritate consilii, cinctam undique multis periculis ; Africa est testis, quæ, oppressa magnis copiis hostium, redundavit sanguine eorum ipsorum ; Gallia est testis, per quam iter in Hispaniam patefactum est nostris legionibus internecone Gallorum Hispania est testis, quæ conspexit sæpissime plurimos hostes superatos prostratosque ab hoc ; Italia est testis iterum et sæpius, quæ quum premeretur bello servili tetro periculosoque, [ex]petivit auxilium ab hoc absente

qui vulgairement sont crues être les seules, ne sont pas les seules, le courage dans le travail, la valeur dans les périls, l'activité en opérant, la promptitude en achevant, la prudence en prévoyant, lesquelles sont en celui-ci seul aussi-grandes quelles n'ont point été dans tous les autres généraux, que ou nous avons vus ou nous avons entendu citer. L'Italie en est témoin, laquelle ce vainqueur lui-même, L. Sylla, a reconnue avoir été délivrée par le talent et le secours de celui-ci ; la Sicile en est témoin, laquelle il a débarrassée (délivrée) non par la terreur de la guerre, mais par la rapidité de la résolution, entourée de toutes parts de beaucoup de périls ; l'Afrique en est témoin, laquelle, accablée par de grandes troupes d'ennemis, a regorgé du sang de ces ennemis mêmes ; la Gaule en est témoin, à travers laquelle un chemin vers l'Espagne a été ouvert à nos légions par le massacre des Gaulois, l'Espagne en est témoin, laquelle a vu très-souvent de très-nombreux ennemis vaincus et terrassés par celui-ci ; l'Italie en est témoin une-seconde-fois et plus souvent encore, laquelle, comme elle était accablée par une guerre d'esclaves, odieuse et dangereuse, demanda secours à celui-ci absent

expetivit (quod bellum exspectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est, adventu sublatum ac sepultum); testes vero jam omnes oræ atque omnes exteræ gentes ac nationes; denique maria omnia, tum universa, tum in singulis omnes sinus atque portus. Quis enim toto mari locus per hos annos aut tam firmum habuit præsidium ut tutus esset, aut tam fuit abditus ut lateret? Quis navigavit, qui non se aut mortis aut servitutis periculo committeret, quum aut hieme aut referto prædonum mari navigaret? Hoc tantum bellum, tam turpe, tam vetus, tam late divisum atque dispersum, quia unquam arbitraretur aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore, confici posse? Quam provinciam tenuistis a prædonibus liberam per hosce annos? Quod vectigal vobis tutum fuit? Quem socium defendistis? Cui præsidio classibus vestris fuistis? Quam multas existimatis insulas

et qui a vu cette guerre, déjà diminuée et amoindrie par l'attente de ce général, achevée et éteinte par son arrivée; témoin tous les pays du monde, tous les peuples, toutes les nations étrangères, enfin l'Océan entier, les golfes et les ports de toutes les mers. Y a-t-il eu, en effet, sur la surface des mers, dans ces dernières années, un seul lieu qui ait été assez bien défendu pour être en sûreté, ou assez éloigné pour être à l'abri? Quel homme s'est embarqué sans s'exposer à la mort ou à l'esclavage, quand il avait à craindre ou la tempête ou les pirates qui couvraient les mers? Cette guerre si grave, si honteuse, si ancienne déjà, qui se divisait et s'étendait si loin, qui eût jamais pensé qu'elle pût être mise à fin par tous nos généraux en une seule année, ou par un seul général au bout de longues années? Quelle province avez-vous protégée, dans ces derniers temps, contre les attaques des corsaires? Sur quel revenu avez-vous pu compter? Quel peuple allié avez-vous défendu? À qui vos flottes ont-elles porté

(quod bellum attenuatum est atque imminutum exspectatione Pompeii, sublatum ac sepultum adventu); jam vero omnes oræ atque omnes gentes ac nationes exteræ testes; denique omnia maria, tum universa, tum in singulis omnes sinus atque portus. Quis enim locus mari toto, per hos annos, aut habuit præsidium tam firmum ut esset tutus, aut fuit tam abditus ut lateret? Quis navigavit, qui non committeret se periculo aut mortis aut servitutis, quam navigaret aut hieme, aut mari referto prædonum? Quia unquam arbitraretur hoc bellum tantum, tam turpe, tam vetus, divisum atque dispersum tam late, posse confici aut ab omnibus imperatoribus uno anno, aut omnibus annis ab uno imperatore? Quam provinciam tenuistis liberam a prædonibus per hosce annos? Quod vectigal fuit tutum vobis? Quem socium defendistis? Cui fuistis præsidio vestris classibus?	(laquelle guerre fut affaiblie et diminuée par l'attente de Pompée, et fut enlevée et ensevelie (éteinte) par son arrivée); mais de plus toutes les contrées et tous les peuples et toutes les nations étrangères en sont témoins; enfin toutes les mers, tant dans-leur-ensemble, que dans chacune tous les golfes et les ports. En effet quel lieu sur la mer tout-entière, pendant ces dernières années, ou eut une défense assez forte pour qu'il fût sûr, ou fut assez éloigné pour qu'il fût ignoré? Qui a navigué, qui ne livrât lui-même au danger ou de la mort ou de la servitude, quand il naviguait ou par la tempête, ou sur une mer remplie de pirates? Qui jamais eût pensé cette guerre si-grande, si honteuse, si ancienne, divisée et répandue si au loin, pouvoir être achevée ou par tous les généraux en une seule année, ou en toutes les années par un seul général? Quelle province avez-vous conservée libre des pirates pendant ces dernières années? Quel impôt a été assuré pour vous? Quel allié avez-vous défendu? À qui avez-vous été à secours par vos flottes?
---	---

esse desertas ? Quam multas aut metu relictas, aut a prædonibus captas urbes esse sociorum ?

XII. Sed quid ego longinqua commemoro ? Fuit hoc quondam, fuit proprium populi Romani longe a domo bellare et propugnaculis imperii sociorum fortunas, non sua tecta defendere. Sociis ego vestris mare clausum per hosce annos dicam fuisse, quum exercitus nostri Brundisio nunquam nisi summa hieme transmiserint ? Qui ad vos ab exteris nationibus venirent, captos querar, quum legati¹ populi Romani redempti sint ? Mercatoribus tutum mare non fuisse dicam, quum duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint ? Cnidum, aut Colophonem, aut Samum², nobilissimas urbes, innumerabilesque alias, captas esse commemorem, quum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam et spiritum ducitis, in prædonum

secours ? Combien pensez-vous qu'il y ait eu d'îles abandonnées ? Combien de villes alliées désertées par crainte des pirates, ou prises par eux ?

XII. Mais à quoi bon vous parler de faits qui se sont passés loin de nous ? Ce fut jadis, ce fut la gloire du peuple romain de faire la guerre loin de Rome et de protéger de ses armes, non ses propres foyers, mais ceux de ses alliés. Vous dirai-je que, pendant ces dernières années, la mer fut fermée à vos alliés, quand nos armées ne portaient elles-mêmes de Brindes qu'en plein hiver ? Me plaindrai-je que des ambassadeurs de nations étrangères aient été pris en venant vers vous, quand ceux du peuple romain ont dû être rachetés ? Dirai-je que la mer n'était point sûre pour les marchands, quand douze faisceaux sont tombés entre les mains des pirates ? Rappellerai-je que Cnide, que Colophon, que Samos, cités fameuses, que tant d'autres villes encore ont reçu leur joug, quand vous savez que vos ports, et des ports d'où vous tirez la subsistance et la vie, l'ont subi également ?

Quam multas existimatis insulas desertas esse ?

Quam multas urbes sociorum aut relictas esse metu aut captas a prædonibus ?

XII. Sed quid ego commemoro longinqua ?

Hoc fuit quondam, fuit proprium populi Romani bellare longe a domo, et defendere propugnaculis imperii fortunas sociorum, non sua tecta.

Ego dicam mare clausum fuisse per hosce annos vestris sociis, quum nostri exercitus nunquam transmiserint a Brundisio, nisi summa hieme ?

Querar qui venirent ad vos ab nationibus exteris captos, quum legati populi Romani redempti sint ?

Dicam mare non fuisse tutum mercatoribus, quum duodecim secures pervenerint in potestatem prædonum ?

Commemorem Cnidum, aut Colophonem, aut Samum, urbes nobilissimas, aliasque innumerabiles captas esse, quum sciatis vestros portus, et eos portus, quibus ducitis vitam et spiritum,

Combien nombreuses pensez-vous des îles avoir été abandonnées ?

Combien nombreuses des villes de nos alliés ou avoir été désertées par crainte ou avoir été prises par les pirates ?

XII. Mais pourquoi moi rappelé-je des faits lointains ?

Ce fut jadis, ce fut le propre du peuple romain de faire-la-guerre loin de la patrie, et de protéger par les remparts de l'empire la fortune de ses alliés, non ses propres demeures.

Moi dirai-je la mer avoir été fermée pendant ces dernières années à vos alliés, quand nos armées jamais n'ont fait-la-traversée de Brindes, si-ce-n'est au-fort-de l'hiver ?

Me plaindrai-je ceux qui venaient vers vous des nations étrangères avoir été pris, quand des députés du peuple romain ont été rachetés ?

Dirai-je la mer n'avoir pas été sûre pour les marchands, quand douze haches (faisceaux) sont arrivés (tombés) au pouvoir des pirates ?

Rappellerai-je Cnide, ou Colophon, ou Samos, villes très-célèbres, et d'autres innombrables avoir été prises, quand vous savez vos ports, et ces ports, desquels vous tirez la vie et le souffle (la subsistance),

fuisse potestate sciatis ? An vero ignoratis portum Caietæ¹, celeberrimum atque plenissimum navium, inspectante prætore², a prædonibus esse direptum ; ex Miseno autem ejus ipsius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum gesserat, a prædonibus esse sublato ? Nam quid ego Ostiense incommodum, atque illam labem atque ignominiam reipublicæ querar, quum, prope inspectantibus vobis, classis ea, cui consul populi Romani præpositus esset, a prædonibus capta atque oppressa est ? Proh dii immortales ! tantamne unius hominis incredibilis ac divina virtus tam brevi tempore lucem afferre reipublicæ potuit, ut vos, qui modo ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis, ii nunc nullam intra Oceani ostium prædonum navem esse audiatis ?

Atque hæc qua celeritate gesta sint quanquam videtis, tamen a me in dicendo prætereunda non sunt. Quis enim unquam

Ignorez-vous que le port de Caiète, si fréquenté, si rempli de navires, a été pillé par eux, sous les yeux d'un préteur ; qu'à Misène les enfants de celui-là même qui leur avait fait la guerre précédemment ont été enlevés ? Pourquoi pleurer sur le désastre d'Ostie, sur cette tache, sur cette honte imprimée au nom romain, quand, presque sous vos yeux, une flotte commandée par un consul romain fut prise et coulée à fond par ces brigands ? Dieux immortels ! se peut-il que la valeur incroyable et divine d'un seul homme ait su, en si peu de temps, jeter un tel éclat sur la république, que vous, qui naguère voyiez la flotte ennemie à l'embouchure du Tibre, vous n'entendiez plus dire maintenant qu'un seul vaisseau de pirate se soit montré sur l'Océan ?

Bien que vous sachiez avec quelle rapidité tous ces exploits ont été accomplis, cependant je ne puis me dispenser d'en parler. Est-il un

fuisse in potestate prædonum ? An vero ignoratis portum Caietæ, celeberrimum atque plenissimum navium, direptum esse a prædonibus, prætore inspectante ; liberos autem ejus ipsius, qui antea gesserat bellum ibi cum prædonibus sublato esse ex Miseno a prædonibus ? Nam quid ego querar incommodum Ostiense atque illam labem atque ignominiam reipublicæ, quum, vobis prope inspectantibus, ea classis, cui consul populi Romani præpositus esset, capta est atque oppressa a prædonibus ? Proh dii immortales ! virtusne incredibilis ac divina unius hominis potuit tempore tam brevi afferre tantam lucem reipublicæ ut vos, qui modo videbatis classem hostium ante ostium Tiberinum, ii nunc audiatis nullam navem prædonum esse intra ostium Oceani ?

Atque quanquam videtis qua celeritate hæc gesta sint, tamen non sunt prætereunda a me

avoir été au pouvoir des pirates ? Mais ignorez-vous le port de Caiète très-fréquenté et très-plein de navires, avoir été pillé par les pirates, un préteur *le* voyant ; de plus les enfants de celui-là même, qui auparavant avait fait la guerre là avec (contre) les pirates avoir été enlevés de Misène par les pirates ? Car pourquoi me plaindrais-je des malheurs d'Ostie, et de cette tache et de *cette* ignominie de la république, quand, vous presque *le* voyant, cette flotte à laquelle un consul du peuple romain avait été donné-pour-chef, a été prise et coulée-à-fond par les pirates ? Ô dieux immortels ! la valeur incroyable et divine d'un-seul homme a-t-elle pu en un temps si court apporter un si grand éclat à la république que vous, qui naguère voyiez la flotte des ennemis devant l'embouchure du-Tibre, ceux-ci (vous-mêmes) maintenant vous en aucun vaisseau des pirates [tendiez dire n'être en deçà de l'embouchure de l'Océan ?

Et quoique vous voyiez avec quelle rapidité ces *exploits* ont été accomplis, cependant ils ne sont pas devant être omis par moi

quam aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus studio, tam brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit, quam celeriter, Cn. Pompeio duce, belli impetus navigavit? qui, nondum tempestivo ad navigandum mari, Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit, atque hæc tria frumentaria subsidia reipublicæ firmissimis præsiidiis classibusque munivit. Inde se quum in Italiam recepisset, duabus Hispaniis¹ et Gallia [Transalpina] præsiidiis ac navibus confirmata, missis item in oram Illyrici maris et in Achaïam omnemque Græciam navibus, Italiæ duo maria² maximis classibus firmissisque præsiidiis adornavit : ipse autem, ut a Brundisio profectus est, undequinquagesimo die totam ad imperium populi Romani Ciliciam adjunxit ; omnes qui ubique prædones fuerunt, partim capti interfectique sunt, partim unius hujus imperio ac potestati se dediderunt. Idem . . .

homme qui, soit pour remplir une mission, soit pour s'enrichir, ait pu parcourir tant de pays, accomplir de si longs voyages en aussi peu de temps qu'en a mis Pompée à traverser la mer avec l'appareil des combats ? Avant même que la saison fût bonne pour la navigation, il est allé en Sicile, il a visité l'Afrique, il est revenu de là en Sardaigne avec sa flotte, et des escadres, des garnisons considérables ont pourvu à la sûreté de ces trois greniers de la république. De retour en Italie, après avoir de même mis à l'abri les deux Espagnes et la Gaule Cisalpine, après avoir envoyé des vaisseaux sur les côtes de l'Illyrie, de l'Achaïe et de la Grèce entière, il a protégé les deux mers d'Italie par de nombreuses flottes et de fortes garnisons ; lui-même part de Brindes, et, quarante-neuf jours après, toute la Cilicie est soumise, tout ce qu'il y avait de pirates sur l'étendue des mers est pris ou tué, ou s'est remis à sa discrétion. Quand les Crétois lui envoient jusque

in dicendo.	en parlant (dans mon discours).
Quis enim unquam studio aut obeundi negotii, aut consequendi quæstus, potuit adire tot loca, conficere tantos cursus, tempore tam brevi, quam impetus belli navigavit celeriter, Cn. Pompeio duce ?	En effet, qui jamais par désir ou de remplir une fonction ou d'obtenir du gain, a pu aborder tant de lieux, achever de si-grandes courses, en un temps aussi court, que l'impétuosité de la guerre a navigué promptement, Cn. Pompée <i>étant</i> chef ?
qui, mari nondum tempestivo ad navigandum, adiit Siciliam, exploravit Africam, venit inde Sardiniam cum classe, atque munivit præsiidiis et classibus firmissimis hæc tria subsidia frumentaria reipublicæ.	lequel, la mer n' <i>étant</i> pas encore favorable pour naviguer, a abordé la Sicile, a visité l'Afrique, est venu de là en Sardaigne avec une flotte, et a muni de garnisons et de flottes très-fortes ces trois secours (magasins) de blé de la république.
Inde, quum se recepisset in Italiam, duabus Hispaniis et Gallia [Transalpina] confirmata præsiidiis ac navibus, missis item in oram maris Illyrici ! et in Achaïam omnemque Græciam, adornavit duo maria Italiæ classibus præsiidiisque firmissimis ; Ipse autem, ut profectus est a Brundisio, undequinquagesimo die, adjunxit Ciliciam totam ad imperium populi Romani ; omnes prædones, qui fuerunt ubique, partim capti sunt interfectique partim se dediderunt	De là, quand il sa fut ramené (fut revenu) en Italie, les deux Espagnes et la Gaule Cisalpine étant fortifiées de garnisons et de vaisseaux, des vaisseaux ayant été envoyés aussi sur la côte de la mer Illyrienne et en Achaïe et <i>dans</i> toute la Grèce, il garnit les deux mers d'Italie de flottes et de garnisons très-fortes ; puis lui-même, après qu'il fut parti de Brindes, le quarante-neuvième jour, réunit la Cilicie tout entière à l'empire du peuple romain ; tous les pirates qui furent en-quelque-lieu-que-ce-fût, en partie furent pris et tués, en partie se rendirent

Cretensibus¹, quum ad eum usque in Pamphylia legatos deprecatoresque misissent, spem deditiois non ademit, obsidesque imperavit. Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longe lateque dispersum, quo bello omnes gentes ac nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema hieme apparavit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit.

XIII. Est hæc divina atque incredibilis virtus imperatoris : quid ? ceteræ, quas paulo ante commemorare cœperam, quantæ atque quam multæ sunt ! Non enim solum bellandi virtus in summo atque perfecto imperatore quærenda est ; sed multæ sunt artes eximiæ, hujus administræ comitesque virtutis. Ac primum quanta innocentia debent esse imperatores ! quanta deinde omnibus in rebus temperantia ! quanta fide ! quanta facilitate ! quanto ingenio ! quanta humanitate ! Quæ breviter qualia sint in Cn. Pompeio consideremus. Summa enim omnia

dans la Pamphylie des députés chargés de détourner les effets de sa colère, il ne leur enlève pas l'espoir de voir leur soumission accueillie, mais il exige d'eux des otages. Ainsi cette guerre si terrible, si longue, qui s'étendait si loin et désolait tous les peuples, toutes les nations, Pompée en a fait les préparatifs à la fin de l'hiver, l'a commencée à l'entrée du printemps, et l'a achevée au milieu de l'été.

XIII. Voilà le courage divin et incroyable de ce grand général ; mais que dire des autres qualités que j'ai citées tout à l'heure ? à quel degré il les possède ! Car ce n'est pas le courage seulement qu'il faut rechercher dans un capitaine accompli ; il y a bien d'autres qualités éminentes, qui doivent accompagner et aider la valeur. Et d'abord quelle ne doit pas être son intégrité ? Quelle modération ne doit-il pas montrer en toute circonstance ? quelle bonne foi ? quelle affabilité ? quel génie ? quelle bonté ? Examinons rapidement comment Cn. Pompée réunit toutes ces perfections ; car il les a toutes au plus ☞ ☞

imperio ac potestati hujus unius. Idem non ademit spem deditiois imperavitque obsides Cretensibus, quum misissent ad eum usque in Pamphylia legatos deprecatoresque. Ita Cn. Pompeius apparavit extrema hieme, suscepit vere ineunte, confecit media æstate bellum tantum, tam diuturnum, dispersum tam longe lateque.

XIII. Hæc est virtus divina atque incredibilis imperatoris quid ? ceteræ, quas cœperam paulo ante commemorare, quantæ sunt atque quam multæ ! Non enim solum virtus bellandi quærenda est in imperatore summo atque perfecto ; sed sunt multæ artes eximiæ, administræ et comites hujus virtutis. Ac primum quanta innocentia imperatores debent esse ! deinde quanta temperantia in omnibus rebus ! quanta fide ! quanta facilitate ! quanto ingenio ! quanta humanitate ! Quæ consideremus breviter qualia sint in Cn. Pompeio.

au pouvoir et à la discrétion de celui-ci seul. Le même n'enleva pas l'espoir de soumission et imposa des otages aux Crétois, lorsqu'ils eurent envoyé vers lui jusq'en Pamphylie des députés et des suppliants. Ainsi Cn. Pompée prépara à la fin-de l'hiver, entreprit, le printemps commençant, acheva au milieu-de l'été une guerre si-grande, si longue, étendue si au loin et si au large.

XIII. Celui-ci (tel) est le mérite divin et incroyable de ce général mais quoi ? les autres mérites, que j'avais commencé peu auparavant à citer, combien-grands sont-ils en lui et combien nombreux ! Car non-seulement la valeur de (pour) combattre doit être cherchée dans un général excellent et parfait ; mais il y a beaucoup-de qualités distinguées, aides et compagnes de cette valeur. Et d'abord de quelle intégrité les généraux doivent être ! puis de quelle modération dans toutes les circonstances ! de quelle bonne-foi ! de quelle affabilité ! de quel esprit ! de quelle humanité ! Lesquelles qualités examinons brièvement quelles elles sont dans Cn. Pompée.

sunt, Quirites ; sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt.

Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus atque venierint ? quid hunc hominem magnum aut amplum de republica cogitare, qui pecuniam ex ærario depromptam ad bellum administrandum aut propter cupiditatem provinciæ magistratibus diviserit, aut propter avaritiam Romæ in quæstu reliquerit ? Vestra admurmuratio facit, Quirites, ut agnoscere videamini qui hæc fecerint. Ego autem neminem nomino. Quare irasci mihi nemo poterit, nisi qui ante de se voluerit confiteri. Itaque, propter hanc avaritiam imperatorum, quantas calamitates, quocumque ventum sit, nostri exercitus ferant, quis ignorat ? Itinera, quæ per hosce annos in Italia per agros atque oppida civium

haut degré ; et c'est en le comparant aux autres généraux, plutôt qu'en le considérant seul, que nous pourrions les reconnaître et les apprécier.

Croyons-nous digne de quelque estime un général dans l'armée duquel le grade de centurion se vend et s'est vendu ? Nous semble-t-il qu'un homme puisse avoir des vues grandes et élevées pour la gloire de l'État, lorsque, après avoir tiré de l'argent du trésor public pour faire les frais d'une guerre, il va, dans son désir d'obtenir une province, le partager aux magistrats, ou, par cupidité, le laisser à Rome pour qu'on l'y fasse valoir ? À vos murmures, Romains, je crois comprendre que vous reconnaissez les prévaricateurs. Pour ma part, je ne nomme personne ; personne ne pourra donc m'en vouloir, à moins de consentir d'abord à s'avouer coupable. Aussi, grâce à cette avidité de leurs chefs, qui ne sait quels désastres nos armées causent partout où elles passent ? Rappelez-vous les marches de nos généraux, pendant ces dernières années, en pleine Italie, à travers les champs

Omnia enim, Quirites,
sunt summa ;
sed ea possunt magis
cognosci atque intelligi
ex contentione aliorum,
quam ipsa per sese.
Quem enim imperatorem
possumus putare
in aliquo numero,
in exercitu cujus
centuriatus veneant
atque venierint ?
quid
hunc hominem cogitare
magnum aut amplum
de republica,
qui aut diviserit
magistratibus
propter cupiditatem
provinciae,
aut reliquerit Romæ
in quæstu
propter avaritiam
pecuniam depromptam
ex ærario
ad administrandum bellum ?
Vestra admurmuratio,
Quirites,
facit ut videamini
agnoscere
qui fecerint hæc.
Ego autem nomino neminem.
Quare nemo
poterit irasci mihi,
nisi qui ante voluerit
confiteri de se.
Itaque
propter hanc avaritiam
imperatorum,
quis ignorat
quantas calamitates,
quocumque ventum sit,
nostri exercitus ferant ?
Recordamini itinera
quæ nostri imperatores
fecerunt
per hosce annos
in Italia

Toutes en effet,
Romains, sont très-grandes *en lui* ;
mais elles peuvent plutôt
être connues et être comprises
par la comparaison des autres,
qu'elles-mêmes par elles-mêmes.
En effet quel général
pouvons-nous compter (croire)
en quelque nombre (de quelque valeur)
dans l'armée duquel
les charges-de-centurions se vendent
et se sont vendues ?
que *pouvons-nous croire*
cet homme-là penser
de grand ou de noble
touchant la république,
lequel ou a partagé
aux magistrats
par désir
d'*obtenir* une province,
ou a laissé à Rome
à intérêt
par avarice
l'argent tiré
du trésor public
pour conduire la guerre ?
Votre murmure,
Romains,
fait que vous paraissiez
reconnaître
quels *hommes* ont fait cela.
Mais moi je ne nomme personne.
C'est-pourquoi personne
ne pourra se fâcher contre moi,
sinon celui qui auparavant aura voulu
faire-un-aveu sur soi-même.
C'est-pourquoi
à cause de cette cupidité
des généraux,
qui ignore
quels-grands malheurs,
en-quelque-endroit-que l'on soit allé,
nos armées supportent ?
Rappelez-vous les marches
que nos généraux
ont faites
pendant ces années-ci
en Italie

Romanorum nostri imperatores fecerunt, recordamini : tum facilius statuetis quid apud exterarum nationum fieri existimetis. Utrum plures arbitramini per hosce annos militum vestrorum armis hostium urbes, an hibernis sociorum civitates esse deletas ? Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet, neque severus esse in iudicando, qui alios in se severos esse iudices non vult. Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris, cujus legiones sic in Asiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur ? Jam vero, quemadmodum milites hibernent, quotidie sermones ac litterae perferuntur. Non modo, ut sumptum faciat in militem, nemini vis affertur ; sed ne cupienti quidem cuiquam permittitur. Hiemis enim, non avaritiae perfugium majores nostri in sociorum atque amicorum tectis esse voluerunt.

XIV. Age vero, ceteris in rebus quali sit temperantia considerate.

et les villes des citoyens romains, et vous vous figurerez plus aisément ce qui a dû se passer chez des peuples étrangers. Pensez-vous que, pendant cette période, vos soldats aient détruit plus de villes ennemies par la force des armes que de villes alliées par leurs quartiers d'hiver ? En effet, un général ne saurait contenir son armée, quand il ne sait pas se contenir lui-même ; il n'a pas le droit d'être sévère en jugeant les autres, quand il ne veut pas que les autres soient sévères en le jugeant lui-même. Aussi ne voyons-nous pas avec surprise l'immense supériorité d'un chef dont les légions sont arrivées en Asie sans qu'aucun peuple tranquille ait eu à sa plainte, non pas d'une violence, mais seulement de leur passage ? Si vous voulez savoir comment elles se conduisent dans leurs quartiers d'hiver, les bruits publics, les lettres qui vous arrivent tous les jours vous l'apprennent : non-seulement on ne force personne à faire des dépenses pour nos soldats, mais on ne le permet même pas à ceux qui le voudraient. C'est qu'en effet nos pères ont entendu que les soldats trouvaient chez nos amis, chez nos alliés, un refuge contre l'hiver, et non un moyen d'assouvir leur cupidité.

XIV. Et voyez encore quelle est, en toute autre circonstance, la

per agros atque oppida civium Romanorum : tum statuetis facilius quid existimetis fieri apud nationes exterarum. Utrum arbitramini plures urbes hostium deletas esse per hosce annos armis vestrorum militum, an civitates sociorum hibernis ? Neque enim is imperator qui non continet se ipse potest continere exercitum, neque qui non vult alios esse severos in se, esse severus in iudicando. Hic miramur hunc hominem excellere tantum ceteris, cujus legiones pervenerunt sic in Asiam ut non modo manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem dicatur nocuisse cuiquam pacato ? Jam vero quotidie sermones ac litterae perferuntur, quemadmodum milites hibernent. Non modo vis affertur nemini, ut faciat sumptum in militem ; sed ne permittitur quidem cuiquam cupienti. Nostri enim majores voluerunt perfugium hiemis, non avaritiae, esse in tectis sociorum atque amicorum. XIV. Age vero, considerate

à travers les terres et les villes des citoyens romains : alors vous établirez plus facilement ce que vous pensez se faire chez les nations étrangères. Est-ce que vous croyez plus de villes des ennemis avoir été détruites pendant ces années-ci par les armes de vos soldats, ou *plus-de* villes des alliés par les quartiers-d'hiver ? Car d'une-part ce général qui ne contient pas lui-même ne peut contenir son armée, et *celui* qui ne veut pas les autres être sévères envers lui, *ne peut* être sévère en jugeant les autres. Et ici nous nous étonnons cet homme l'emporter autant sur les autres, *lui* dont les légions sont arrivées de-telle-sortes en Asie que non-seulement les mains d'une si-grande armée, mais pas même les pas *ne* sont dits avoir nui à qui-que-ce-soit étant-en-paix ? Mais d'un-autre-côté tous-les-jours des bruits et des lettres *vous* sont apportés, *expliquant* comment *nos* soldats passent-leurs-quartiers-d'hiver. Non-seulement violence n'est appliquée à personne, afin qu'il fasse de la dépense pour le soldat ; mais il n'est pas même permis à quelqu'un *le* désirant *d'en faire*. En effet nos ancêtres ont voulu un refuge de (contre) l'hiver, *et* non de (pour) l'avidité, être sous les toits de *nos* alliés et de *nos* amis. XIV. Mais allons, considérez

Unde illam tantam celeritatem et tam incredibilem cursum inventum putatis ? Non enim illum eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui novi, tam celeriter in ultimas terras pertulerunt ; sed hæ res, quæ ceteros remorari solent, non retardarunt : non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam devocavit, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Postremo signa et tabulas, ceteraque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ ceteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimavit. Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pompeium sicut aliquem non ex hac urbe missum, sed de cælo delapsum, intuentur : nunc denique incipiunt credere fuisse homines Romanos hac quondam abstinentia ;

modération de Pompée. D'où vient, à votre avis, cette prodigieuse célérité, cette incroyable rapidité de mouvements ? Ce n'est point à l'aide de rameurs plus vigoureux, de manœuvres jusqu'ici inconnues, ou de vents nouveaux, qu'il est arrivé si vite aux extrémités de la terre ; mais les motifs qui d'ordinaire retardent les autres généraux ne l'ont pas arrêté : il n'a point été détourné de sa route par la cupidité, pour aller s'emparer de quelque riche butin ; par la débauche, pour satisfaire sa passion ; par le charme des lieux, pour se procurer une distraction ; par la renommée de quelque ville, pour contenter sa curiosité ; enfin, par la fatigue même, pour prendre du repos. Ces statues, ces tableaux, toutes ces merveilles dont les villes grecques sont ornées, et que les autres croient devoir enlever, il n'a pas même cru devoir les visiter. Aussi maintenant dans tous ces pays regarde-t-on Cn. Pompée non comme un envoyé de Rome, mais comme un être descendu du ciel ; on commence enfin à croire qu'il a existé autrefois des Romains de cette modération, ce que les peuples étrangers ne

quali[s] sit temperantia in ceteris rebus. Unde putatis illam celeritatem tantam et cursum tam incredibilem inventum ? Non enim vis eximia remigum, aut quædam ars inaudita gubernandi, aut aliqui venti novi pertulerunt illum tam celeriter in terras ultimas sed hæ res quæ solent remorari ceteros, non retardarunt : avaritia non devocavit a cursu instituto ad aliquam prædam, non libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem, denique non labor ipse ad quietem. Postremo ille ne existimavit quidem ea visenda esse sibi, quæ ceteri arbitrantur tollenda esse signa et tabulas, ceteraque ornamenta oppidorum Græcorum. Itaque omnes quidem nunc in his locis intuentur Cn. Pompeium sicut aliquem non missum ex hac urbe, sed delapsum de cælo : nunc denique incipiunt credere homines Romanos hac abstinentia	quelle est sa modération dans les autres choses. D'où pensez-vous cette rapidité si-grande et cette course si incroyable avoir été trouvées (résulter) ? Car non pas une force extraordinaire de rameurs, ni un certain art inconnu de gouverner un vaisseau, ou quelques vents nouveaux ont transporté lui si rapidement dans les terres les plus lointaines ; mais ces choses, qui ont coutume de retarder les autres, ne l'ont pas arrêté : la cupidité ne l'a pas détourné d'une route entreprise pour quelque butin, ni la passion pour quelque plaisir, ni le charme des lieux pour quelque distraction, ni la célébrité d'une ville pour la connaissance (pour la connaître), enfin ni la fatigue même pour le repos. Enfin celui-ci n'a pas même pensé ces objets devoir être vus par lui, que les autres pensent devoir être enlevés par eux, les statues et les tableaux, et les autres ornements des villes grecques. Aussi tous certes maintenant dans ces lieux regardent Cn. Pompée comme quelqu'un non envoyé de cette ville, mais tombé du ciel : maintenant enfin ils commencent à croire des hommes romains de cette intégrité
---	--

quod jam nationibus exteris incredibile ac falso memoriae proditum videbatur. Nunc imperii vestri splendor illis gentibus lucet ; nunc intelligunt non sine causa majores suos tum, quum hac temperantia magistratus habebamus, servire populo Romano quam imperare aliis maluisse. Jam vero ita faciles aditus ad eum privatorum, ita liberae querimoniae ; de aliorum injuriis esse dicuntur, ut is, qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos, Quirites, hoc ipso in loco saepe cognostis. Fidem vero ejus inter socios quantam existimari putatis, quam hostes omnium gentium sanctissimam judicarint ? Humanitate jam tanta est ut difficile dictu sit utrum hostes magis virtutem ejus pugnantes timuerint

pouvaient plus admettre et regardaient comme une tradition mensongère. L'éclat de votre empire brille à présent aux yeux de ces peuples ; ils comprennent que leurs ancêtres, au temps où nous avions des magistrats si modérés, aient mieux aimé obéir au peuple romain que de commander aux autres peuples. D'un autre côté les simples particuliers le trouvent si abordable, il leur donne une telle liberté d'exposer leurs plaintes contre les injustices dont ils sont l'objet, qu'il semble, lui qui par son rang est au-dessus des plus grands, se mettre par son affabilité au niveau des plus petits. Quant à sa prudence, à son éloquence, à l'autorité de sa parole, qualités qui rehaussent la dignité du général, vous en avez jugé vous-mêmes, Romains, à cette tribune. Quelle opinion n'a-t-on pas de sa bonne foi parmi les alliés, quand les ennemis de toutes les nations l'ont regardée comme sacrée ? Son humanité est telle qu'il serait difficile de dire si l'ennemi craint plus son courage pendant la lutte qu'il ne

fuisse quondam ;
quod videbatur jam
incredibile
nationibus exteris
ac proditum falso
memoriae.
Nunc splendor
vestri imperii
lucet illis gentibus ;
nunc intelligunt
suos majores
maluisse non sine causa
servire populo Romano,
quam imperare aliis,
tum quum habebamus
magistratus
hac temperantia.
Jam vero
aditus privatorum
ad eum
dicuntur ita faciles,
querimoniae
de injuriis aliorum
ita liberae,
ut is,
qui excellit principibus
dignitate,
videatur esse par infimis
facilitate.
Jam vos, Quirites,
cognostis saepe
in hoc loco ipso
quantum valeat consilio,
quantum gravitate
et copia dicendi,
in quo ipso
inest quaedam dignitas
imperatoria.
Quantam vero putatis
fidem ejus existimari,
quam hostes
omnium gentium
judicarint sanctissimam ?
Jam est humanitate tanta
ut sit difficile dictu
utrum hostes
timuerint magis

avoir été autrefois ;
ce qui paraissait déjà
incroyable
aux nations étrangères
et transmis faussement
à la mémoire.
Maintenant l'éclat
de votre empire
luit pour ces nations ;
maintenant elles comprennent
leurs ancêtres
avoir mieux-aimé non sans raison
obéir au peuple romain,
que commander aux autres,
alors que nous avions
des magistrats
de cette modération.
Mais d'un-autre côté
les accès des simples-particuliers
vers lui
sont dits être si faciles,
les plaintes
touchant les injustices des autres
sont dites être si libres,
que celui-ci,
qui l'emporte sur les premiers
par la dignité,
semble être égal aux derniers
par l'affabilité.
De plus vous, Romains,
vous avez reconnu souvent
dans ce lieu même
combien il peut par la prudence,
combien par l'autorité
et l'abondance de parler (de sa parole),
ce en quoi même
il y a une certaine dignité
de-général.
Puis combien-grande pensez-vous
la bonne-foi de lui être crue,
elle que les ennemis ;
de tous les peuples,
ont jugée très-sacrée ?
D'ailleurs il est d'une humanité telle
qu'il est difficile à être dit (de dire)
si les ennemis
ont craint davantage

rint, an mansuetudinem victi dilexerint. Et quisquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit, qui ad omnia nostræ memoriæ bella conficienda divino quodam consilio natus esse videatur ?

XV. Et, quoniam auctoritas multum in bellis quoque administrandis atque imperio militari valet, certe nemini dubium est quin ea re idem ille imperator plurimum possit. Vehementer autem pertinere ad bella administranda, quid hostes, quid socii de imperatoribus vestris existiment, quis ignorat, quum sciamus homines in tantis rebus, ut aut contemnunt aut metuant, aut oderint aut ament, opinione non minus famæ quam aliqua certa ratione commoveri ? Quod igitur nomen unquam in orbe terrarum clarius fuit ? cujus res gestæ pares ? de quo homine vos, id quod maxime facit auctoritatem, tanta et tam præclara judicia fecistis ? An vero ullam usquam esse oram tam desertam putatis, quo non illius

chérît sa clémence après la défaite. Et vous hésiteriez à confier le soin de cette guerre importante à un homme qui semble né, par un bienfait de la divinité, pour achever toutes les guerres de notre temps ?

XV. Puisqu'il est vrai qu'à la guerre et dans le commandement des armées la réputation peut beaucoup, personne ne doute que, sur ce point encore, le général dont nous parlons n'ait une grande supériorité. C'est une chose fort importante pour le succès des opérations militaires, que l'opinion que vos alliés et vos ennemis ont de vos généraux ; qui peut en douter, quand on sait que pour faire naître chez les hommes des sentiments aussi sérieux que le mépris, la crainte, la haine, l'amour, l'opinion n'a pas moins d'influence que les motifs les plus graves ? Or, quel nom eut jamais tant d'éclat dans le monde ? qui fit jamais d'aussi grandes choses ? quel homme (car c'est là surtout ce qui fait la réputation), quel homme a mérité de votre part des jugements aussi glorieux, aussi éclatants ? Croyez-vous qu'il y ait une contrée assez solitaire pour n'avoir pas entendu ✠ ✠ ✠ ✠ ✠

virtutem ejus
pugnantes,
an dilexerint mansuetudinem
victi.

Et quisquam dubitabit
quin tantum bellum
transmittendum sit huic,
qui videatur natus esse
quodam consilio divino
ad conficienda
omnia bella
nostræ memoriæ ?

XV. Et quoniam
auctoritas
valet multum quoque
in bellis administrandis
atque imperio militari,
certe est dubium nemini
quin ille idem imperator
possit plurimum ea re.
Quis autem ignorat
quid hostes,
quid socii existiment
de vestris imperatoribus,
pertinere vehementer
ad bella administranda,
quum sciamus
homines commoveri
in tantis rebus
ut aut contemnunt,
aut metuant,
aut oderint, aut ament,
non minus opinione famæ
quam aliqua ratione certa ?
Quod nomen igitur
fuit unquam clarius
in orbe terrarum ?
cujus res gestæ pares ?
de quo homine
vos fecistis judicia tanta
et tam præclara,
id quod facit maxime
auctoritatem ?
An vero putatis
ullam oram esse usquam
tam desertam,
quo non pervaserit

la valeur de lui
en combattant,
ou ont aimé *davantage* sa douceur
étant vaincus.

Et quelqu'un doutera
qu'une si-grande guerre
ne doive être reportée à celui-ci,
qui semble être né
par une certaine volonté divine
pour achever
toutes les guerres
de notre mémoire (temps) ?

XV. Et puisque
la réputation
peut beaucoup aussi
dans les guerres à-conduire
et *dans* le commandement militaire,
certes il *n'est* douteux pour personne
que ce même général
ne puisse le plus par ce côté.
Or, qui ignore
ce que les ennemis,
ce que les alliés pensent
de vos généraux,
être-intéressant vivement
pour les guerres à-conduire,
quand nous savons
les hommes être poussés
dans de si-grandes questions
de sorte que ou ils méprisent,
ou ils craignent,
ou ils haïssent, ou ils aiment,
non moins par l'opinion de la renommée
que par quelque motif déterminé ?
Quel nom donc
fut jamais plus illustre
dans le cercle des terres (l'univers) ?
de qui les exploits accomplis *sont-ils* égaux ?
sur quel homme
avez-vous fait (porté) des jugements si-grands
et si éclatants,
ce qui fait surtout
la réputation ?
Mais est-ce que vous pensez
quelque rive être quelque-part
si déserte,
où ne soit parvenu

diei fama pervaserit, quum universus populus Romanus, referto foro repletisque omnibus templis, ex quibus hic locus conspici potest, unum sibi ad commune omnium gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem depoposcit ? Itaque, ut plura non dicam, neque aliorum exemplis confirmem quantum hujus auctoritas valeat in bello, ab eodem Cn. Pompeio omnium rerum egregiarum exempla sumantur : qui quo die a vobis maritimo bello præpositus est imperator, tanta repente vilitas annonæ ex summa inopia et caritate rei frumentariæ consecuta est, unius hominis spe et nomine, quantam vix ex summa ubertate agrorum diuturna pax efficere potuisset. Jam accepta in Ponto calamitate, ex eo proelio de quo vos paulo ante invitatus admonui, quum socii pertimuissent, hostium opes

parler de ce jour où le peuple romain tout entier, couvrant le forum et remplissant tous les temples d'où l'on peut apercevoir cette tribune, désigna Pompée seul pour diriger cette guerre commune à toutes les nations ? Aussi, sans en dire davantage, sans chercher à vous prouver par des exemples étrangers quelle est à la guerre l'influence de la réputation, prenons chez ce même Pompée les exemples de tout ce qu'il y a de grand. Au jour où vous l'avez chargé de la guerre des pirates, on a vu, grâce à l'espoir que donnait le nom d'un seul homme, le prix des denrées, qui étaient extrêmement rares et chères, baisser tout à coup comme après une récolte extraordinaire et au sein d'une longue paix. Puis, quand, après le désastre du Pont, après cette bataille dont je n'ai parlé tout à l'heure que malgré moi, vos alliés se furent effrayés, que vos ennemis eurent repris confiance et rassemblé

fama illius diei,	le bruit de ce jour,
